

De Confirmatione.

- Confirmatio defini-
niri potest *Sacramentum novae legis a Christo institutum, quod baptizatis per S. Chrismatis inunctionem gratiae plenitudinem confert.*
- Minister Confirm-
ationis est Epi-
scopus. Licet S. Pontifex simplicem sacerdotem possit ad hoc ministrandum delegare.
- Subiectum confir-
mationis Est omnis homo baptizatus et nondum confirma-
tus, adultus, impuber, amens, dummodo sit Episcopi confirmantis subditus.
- Circa Confirmatio-
nis receptionem
mos invaluit Ut tantum septennio maiores post opportunam in fidei praeceptis institutionem confirmentur, nisi rationabilis causa, mortis periculum, aut diuturna Episcopi absentia, aliud suadeat.
- Patrini ut in Ba-
ptismo sic in
Confirmatione
sunt adhibendi. Qui utroque in casu cognationem spiritualem contrahunt.
- Patrini in Confir-
matione. Unus tantum, aut una in patrini munere admittitur.
- Ex Ecclesiae con-
suetudine Patrini Confirmationis non est idem qui Baptismi patrini fuit.

De Eucharistia.

- Eucharistia Vocabulum est graecum, quod apud Latinos gratiam bonam significat, vel gratiarum actionem.
- Eucharistia sum-
pta pro Sacra-
mento est: *Sacramentum novae legis a Christo institutum, omnium nobilissimum et maximum, quod veraciter continet Corpus et Sanguinem Iesu Christi sub consecratis panis et vini speciebus.*
- Minister, qui Eu-
charistiam con-
ficit, est solus
Sacerdos. Solos Sacerdotes allocutus est Christus in Coena post huius Sacramenti institutionem: *Hoc facite in meam commemorationem.* Verba consecrationis, quibus transubstantiatio fit, Sacerdotes non proferunt in propria persona, sed in persona Christi.

Est Sacerdos; at quandoque Diaconus ex commissione Sacerdotis, aut in necessitate.

Simplices sacerdotes habent quidem Sacramenti conficiendi potestatem non semper ministrandi auctoritatem.

Per iura allegata a Benedicto XIV.

Est omnis Christianus qui sit in statu gratiae et iuste Eucharistiam petat.

Publicis peccatoribus qui fuerunt a iudice declarati, vel per evidentiam facti tales publice habentur; pueris antequam ad annos discretionis devenerint (ab anno aetatis septimo ad decimum quartum) nisi agatur de mortis periculo, in quo pueri qui doli sunt capaces, SS. Viatico reficiendi sunt.

Qui a media nocte naturale ieiunium servarunt, in tanti Sacramenti honorem praeceptum, cuius originem praecepti ab aevo Apostolorum repetit Cardinalis Bona et vim confirmat Martinus V.

Ut absolute tantum obliget semel in anno in Paschate, a Dominica Palmiarum ad Dominicam *in albis* inclusive.

Quamquam in Paschate iam communicaverit; quia praeceptum de communicandi tantum in Paschate intelligitur de Christiano dum sanus est.

Conceditur proprio Sacerdoti facultas prorogandi praecepti executionem ob aliquam rationabilem causam.

Nam haec temporis determinatio a S. Pontifice, et a Generali Concilio facta fuit et aliunde expediti iuris est, Episcopum non posse S. Pontificis constitutionem, aut Generalis Concilii decretum mutare,

Minister qui Eucharistiam dispensat

Nomine Sacerdotis Eucharistiam dispensantis non intelligitur absolute nisi Parochus.

In die Paschae Regulares non habent auctoritatem ministrandae Eucharistiae, personis saecularibus.

Subiectum Eucharistiae

Neganda est Eucharistia

Eucharistia conficienda et sumenda est tantum ab iis

Vi Lateranensis decreti sacrae Communionis praeceptum reductum fuit, Si Christianus aegrotet et periculum mortis urgeat, ex ipso divino iure ad S. Communionis perceptionem tenetur.

Tempus paschale pro S. Communionis perceptione taxative non determinatum est

Non licet Episcopo tempus taxatum prorogare, aut amplificare generatim pro omnibus.

extendere, amplificare; licet id quandoque in praxi servetur.

Consistunt in interdicto ingrediendi ecclesiam et in privatione sepulturae ecclesiasticae.

Poenae contra refractarios in decreto Lateranensis Concilii sanctae,

Eucharistia pro Sacrificio accepta est:

Sacrificium novae Legis, complectens consummationem et perfectionem omnium Sacrificiorum, Legis naturae et Mosaicae, quo in Missa consecratur et offertur Corpus et Sanguis Iesu Christi.

Sacrificia Legis naturae et Mosaicae erant laetifica, eucharistica, propitiatoria et impetratoria.

Missae Sacrificium has omnes rationes perfecte continet.

Missae Sacrificium est ipsum Sacrificium Crucis.

Nam eadem est hostia quae in utroque offertur, sola offerendi ratione diversa.

Eucharistiae Sacramentum a Sacrificio differt.

Quia illud consecratione conficitur, hoc vero consecratione et oblatione; illud digne summentibus ex opere operato gratiam confert, hoc vero prodest aliis pro quibus offertur.

Maximum Missae Sacrificium aeterno Deo offertur.

Ipsae Christus; sacerdotes in eius nomine ac persona ob potestatem in eorumdem ordinatione acceptam offerunt; et aliquo modo fideles.

Soli Sacerdotes sunt, qui hoc Sacrificium celebrare queunt.

Quia soli sacerdotes in Missa consecrare queunt.

Sacerdotes omnes legitime non impeditos quotidie, excepto triduo mortis Christi, Sacrificium ex-pedit offerre.

Ne SS. Trinitatem laude et gloria, Angelos laetitia, peccatores venia, iustos subsidio, privent.

Si de simplicibus sacerdotibus agatur, absolute non tenentur.

Nisi aliquoties in anno, saltem ter, vel quatuor in praecipuis anni solemnitatibus Sacrificium celebrare.

Plures Missas celebrare in eadem die, excepto die natalis D. N. I. C., sacerdos sine speciali privilegio et necessitate prohibetur.

Nam *sufficit sacerdoti*, ut ait Innocentius III, *semel in diem unam Missam solummodo celebrare*; quod confirmat Benedictus XIV, in responsione ad Episcopum Oscensem.

Est de quo omnes fideles participant.

Fruetus Sacrificii Missae generalissimus

Est de quo solus sacerdos fruitur.

Fruetus Missae Sacrificii specialissimus

Quem ipse sacerdos applicat pro iis, pro quibus Missam celebrat.

Fruetus medius specialis Missae Sacrificii.

Nam eleemosyna datur non in pretium consecrationis, sed in stipendium sustentationis, proinde non est simoniacum pro Missa accipere stipendium: qui altari servit de altari vivere debet.

Sacerdotes pro aliis Missam celebrantes possunt ab illis licite eleemosynam accipere.

Aliquis sit excessus, aut intentio vel pactum simoniacum quod nemo potest satis odisse.

Sedulo curandum est ne in eleemosynarum pro Missis acceptione

Taxata ab Episcopo, pro Missis praesertim adventitiis, quod facere solet in Synodo; vel est taxata ab offerente et benefactore in Missis praesertim perpetuis, quae non debet esse taxa synodali minor.

Iusta Missarum eleemosyna est

Totidem esse praecise Missas celebrandas, quot sunt eleemosynae acceptae, licet exiguae; Sacerdotem certam Missae eleemosynam acceptantem non posse alteri Missam celebrandam committere, parte eleemosynae sibi retenta, etiamsi magna sit, vel taxa synodali maior; non posse acceptare manuales, adventitias Missarum eleemosynas, nisi intra modicum tempus possit iisdem satisfacere, quando maiorem dilationem offerens expresse aut tacite non concedit; non posse acceptare onera perpetua Missarum, nisi de licentia Ordinarii, Superioris Generalis, si de Regularibus agatur; non licere in ecclesiis exponere capsulas ad colligendas eleemosynas Missarum, neque die Commemorationis omnium Defunctorum, pro mortuis, nisi de licentia Ordinarii, ne collector sibi ad libitum eleemosynam praefigat. Benedictus XIV damnavit collectores eleemosynarum pro celebrandis Missis, qui collectis Missarum eleemosynis in una dioecesi, ipsas Missas postea committunt celebrandas in alia dioecesi, in qua minor est taxa synodalis. Hoc iniustum et turpe quaestum punitur restitutione iniuste acceptorum et poenis sibi reservatis ipso facto incur-

Urbanus VIII et Innocentius XII in taxatione Missarum, pluribus confirmando S. C. C. decreta, sub gravibus poenis decreverunt.

rendis, excommunicationis contra laicos et suspensionis contra Clericos. Clemens XI Notariis praescripsit, ut certiores redderent Episcopum, Parochum de Missarum oneribus relictis in testamentis a se confectis.

Onera Missarum a piis benefactoribus sive testatoribus instituta,

Quantum possibile est, secundum eorum veram vel praesumptam voluntatem adimplenda sunt.

Si occurrit reditus imminui pro Missarum eleemosynis constitutos, praecipua haec observanda sunt:

Si legatum diminutum tantum fuit in parte, aut testator determinavit eleemosynam pro qualibet Missa; aut determinavit tantum numerum Missarum celebrandarum pro reditu a se assignato. In primo casu, diminuto reditu, sacerdos celebrat tot Missas, quot florenos accipit; in secundo casu, consultius est ad S. Congregationem pro reductione recurrere, quia reductio videtur S. Sedi reservata. Si ob adauctam taxam synodalem reditus non amplius respondeant numero Missarum celebrandarum, servanda est taxa antiqua ab Ordinario constituta. Si obligatio fuit per contractum, implorari potest officium iudicis, ut contractum iniustum vel laesivum resolvat.

Compositio et Reductio intrat,

Si Missarum onera in antecessum non fuerunt adimpleta, vel in posterum adimpleri non possunt.

Compositio est

Condonatio vel remissio Missarum, pro quibus fuerunt eleemosynae, vel fructus beneficiorum absque celebratione iam percepti.

Compositio fit

Immediate per S. Pontificem, mediate per organum Poenitentiarum, S. C. C., vel S. C. Fabricae S. Petri.

S. Petri Fabrica

Congruum quotidie Missarum numerum per deputatos Capellanos in Basilica Vaticana celebrare facit in suffragium animarum, pro quibus omnia Sacrificia erant applicanda, dum supplet in reliquo ex spirituale Ecclesiae thesauro, et illis iniungit, qui suo non satisfecerunt muneri, ut quaedam emittant opera pia, modicamque offerant eleemosynam quae compositio etiam dicitur.

Compositio non admittitur

Nisi ex rationabili causa, et cum hac clausula: *dummodo malitiose non omiserint, animo habendi com-*

positionem quae si deficiat, ipsa iure nulla est compositio.

Est imminutio Missarum ex iusta causa et legitima auctoritate facta.

In exiguo Sacerdotum numero, qui omnibus acceptatis Missarum oneribus satisfacere nequeunt, in tenuitate stipendii, in necessitate Ecclesiae, Monasterii, beneficiati, si aliter Ecclesia aut Monasterium regi, vel beneficiatus vitam agere non possit.

Per S. C. C. facultas Episcopis attributa a Tridentino restricta fuit ad libera, non beneficialia Missarum onera ante ipsum Tridentinum imposita; et deinde facultas reducendi Episcopis omnino sublata fuit per decreta Urbani VIII et Innocentii XII.

In Concilio Romano sub Benedicto XIII concessum fuit Episcopis eidem praesentibus per se vel per procuratorem, ut observatis conditionibus, ad triennium possent onera Missarum reducere, et alii Episcopi postularunt et obtinuerunt ipsum indultum a Concilio Romano concessum; omnes Episcopi solent de triennio in triennium a S. Sede obtinere Missarum reducendarum delegatam potestatem, iuxta instructionem, quae illis in actu primi recipiendi Indulti traditur.

Onera Missarum, non vero alia legata pia, facultatem reducendi onera Missarum, et absolvendi vere pauperes a praeteritis omissionibus.

Si legatum Missas et alias eleemosynas contineat, reductio prius in eleemosynis est facienda, ut Missae salvae maneant. Si datae imminutioni reductum quis debeat ex fundatione occurrere, reductio non potest habere locum: sed sic colligatus tenetur defectum supplere. Si testator iusserit, haeredem suum pro Missarum dote legatario fundum tradere, facta fundi traditione, haeres in quocumque eventu non tenetur ad aliquid supplendum. Episcopi indultarii in Missarum reductione debent iugiter servare eleemosynae synodalis mensuram, et secundum praestabilitas leges possunt pro Regularibus suarum dioecesium Missas reducere.

Reductio Missarum propriae dicta

Iusta causa Reductionis consistit

Legitimam auctoritatem Missas ad minorem numerum reducendi habet tantum S. Pontifex, non Episcopus.

Episcopi facultate reducendi utuntur in vim specialium concessionum.

Indultum Reductionis comprehendit

Praecipuae reductionum regulae assignantur.

De Poenitentia.

Poenitentia a Sanctis Patribus dicitur

Secunda post naufragium tabula et laboriosum baptisma.

Poenitentia definitur

Sacramentum novae Legis a Christo institutum, quo a Sacerdote lapsis post Baptismum, contritis, confessis et satisfacere proponentibus, absolutio a peccatis tribuitur.

Minister Poenitentiae Sacramenti

Est Sacerdos, qui in ordinatione sua potestatem obtinuit absolvendi a peccatis. *Quorum remisistis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt.*

Potestate a peccatis absolvendi Sacerdotes uti nequeunt, nisi etiam iurisdictionis potestatem habeant.

Probatur Tridentini sanctione: *Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit verissimum esse nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.* Confessarius est iudex, eius absolutio sententia, quae proinde valida esse non potest, nisi super subditis pronunciata.

Ordinariam absolvendi iurisdictionem habent:

Episcopi in tota sua dioecesi, Parochi in sua parochia semper et ubique quoad eorum subditos, quae ad censuras et casus reservatos non extenditur.

Delegatam iurisdictionem habent:

Omnes simplices Confessarii approbati et omnes Sacerdotes in articulo mortis, ubi alter desit Confessarius, quo in casu, nulla est reservatio.

Subiectum Poenitentiae Sacramenti

Est omnis Christianus, qui post Baptismum in peccata prolapsus fuit, modo habeat dispositiones ad absolutionem consequendam necessarias.

Nullum est peccatum, quod per potestatem a Christo Ecclesiae relictam remitti non possit.

Quaecumque solveritis super terram erunt soluta et in coelo. Vocabulum *quaecumque*, omnia peccata comprehendit et nullum excludit.

Remittendi peccata potestas Ecclesiae variis modis Sacerdotibus distribuitur:

Parochis potestas ordinarias; aliis Sacerdotibus approbatis, absque beneficio parochiali, delegata.

Approbatio in genere

Pro utroque sexu dari potest.

Dari potest pro viris, pro monialibus.

Approbatio in specie

Tridentinum anathema pronunciavit in eos, qui dicerent: *Episcopos non habere ius reservandi sibi casus.* SS. Pontifices, *pro suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari iudicio reservare.*

Quidam graviores casus possunt in quocumque themate a Superioribus reservari.

Quo praecavetur, ut hac potestate in Ecclesiae aedificationem utantur et non in destructionem.

Episcopi in reservationibus prae oculis habeant necesse est Tridentini monitum.

Ut casus *paucos et atrociorum et graviorum criminum* sibi reservent, neque eos quibus est annexa excommunicatio maior non reservata, onus restitutionis, neque eos, qui referuntur ad carnis peccata propter periculum scandali.

S. C. Episcoporum, Clemente VII approbante, Episcopos consulit

Per Edictum vel per Epistolam; sed expedit, hoc peragant tantum in Synodo dioecesana, ita Benedictus XIV.

Episcopi reservandi casus facultate uti possunt

Crimen ordinationis factae ab Episcopo de Clerico qui est inhabilis per scientiam, aetatem, indignus propter nativitatem, mores, extraneus absque sui Ordinarii commendatitiis litteris. Sic ordinans suspenditur, et sui beneficii fructibus privatur, et ab his poenis tantum a S. Pontifice absolvi potest. Crimen calumniae illius qui Sacerdotem innocentem apud Superiorem ecclesiasticum de sollicitatione accusat per se, aut procurat ut alius accuset.

S. Pontifici reservantur propter gravissimum peccatum:

In Bulla Coenae, in Conciliorum canonibus, et in Constitutionibus Apostolicis inveniuntur.

Propter excommunicationem peccato adiunctam, S. Pontifici plurimi casus reservantur.

In casibus qui peccatum continent mere internum et occultis, respectu ad Episcopum, qui tamen in papalibus occultis habet a Tridentino absolvendi facultatem, exceptis casibus Bullae Coenae, censura ob simoniam in Ordine et reservatis post Tridentinum S. Pontifici.

Reservatio locum non habet

De Extrema Unctione.

- Extrema Unctio ita appellatur Quia ultima est, et in vitae extremis fit.
- Definitur Extrema Unctio. *Novae Legis sacramentum a Christo institutum ad conferendam aegroti vita periclitanti salutem animae vel etiam corporis, per olei benedicti unctionem et orationem Sacerdotis.*
- Valide Extremam Unctionem ministrat Quilibet Sacerdos.
- Extrema Unctio tantum licite a Parocho ministratur. Parochus enim in sua Parochia circa forum internum iurisdictionem ordinariam habet, qua, sicut iure proprio, aegrotantes Extrema-Unctione adiuvat.
- Parochus ita dicitur minister ordinarius Extremae Unctionis Ut extra necessitatis eventum nulli fas sit Sacerdotum asbque Parochi licentia hoc Sacramentum ministrare.
- Subiectum Extremae Unctionis Est omnis Christianus aegrotus qui vita periclitatur et peccata commisisse praesumitur, quorum sint hoc Sacramento expiandae reliquiae.
- Ad Extremam Unctionem ministrandam non requiritur extremum periculum, in quo anima in primoribus labiis laboret. Aliter, ut nobis obiurgat impius Calvinus, non infirmos curaremus, sed semimortua corpora, quod faxit Deus, ne unquam contingat.
- Ad Extremae Unctionis Sacramentum conferendum Sufficit periculum, ob quod adeo quis aegrotat, ut in gravi vitae discrimine constitutus esse videatur.
- Sacramentum Extremae Unctionis non est conferendum Capite damnatis, irruentibus in bellum, quia non aegrotant, neque infantibus, perpetuo amentibus, furiosis, qui culpa reatu carent Sacramenti virtute delendo.

De Ordine.

- Quo sensu dicimus ordinem ecclesiasticum, ordinem regularem, etc., ut eos indicemus homines qui Ecclesiae ministerio, vel certae Religioni sunt addicti. Ordo sumitur ad designandum certum hominum coetum.
- Unum ex septem Ecclesiae Sacramentis. Ordo sumitur ad significandum
- Novae Legis Sacramentum a Christo institutum, quo traditur ordinato spiritualis potestas exercendi in Ecclesia certa quaedam munia ex officio.* Ordo acceptus ut Sacramentum est:
- Actus sive caeremonia, qua spiritualis potestas confertur. Ordinatio est
- Plures quoque sunt ordines et praecise septem numerantur. Potestates plures sunt spirituales.
- Ideoque reiterari non potest nisi satis dubia sit eius collatio, quo casu sub conditione repeti debet. Ordinis Sacramentum imprimi characterem.
- Est solus consecratus Episcopus, qui non omnes, sed tantum suos subditos licite promovere potest. Minister ordinarius Sacramenti Ordinis
- Propriis regularibus subditis tonsuram et ordines minores licite conferunt. Abbates Regulares solemniter benedicti.
- Est omnis homo baptizatus, nulla irregularitate praepeditus, mas, non femina, quia non decet feminas in Ecclesia loqui, aut docere. Subiectum Sacramenti Ordinis

De Matrimonio.

- Legitimam viri et mulieris societatem ad filios procreandos institutam et a Christo Sacramenti virtute confirmatam. Matrimonium indicat
- Quasi *matris-munium* vel *munus*, quia prima et praecipua filiorum cura matris est. Dicimus Matrimonium
- Nempe, *contractus*, *Sacramentum*, et *vinculum* inde productum. Tria consideranda sunt in matrimonio.
- Est coniunctio legitima viri et mulieris individuum vitae consuetudinem continens.* Matrimonium uti contractus
- Est matrimonium unius cum una. Monogamia